

trinam virtutum collectionem, sibi videlicet
 à domino Deo attributam. Erat autem iste
 Rex, & Philosophus, & Propheta. Iste verò
 fuit Hermes, qui post diluuium omnium ar-
 tium, & disciplinarum, tam liberalium, quàm
 etiam mechanicarum, primus fuit inuentor
 & editor. Omnes namque qui post ipsum fuê-
 re, suo itinere incedere, & suis vestigijs inha-
 rere nitebantur. Quid plura: longum esset
 nobis, & etiam difficile, tanti ac magni viri
 virtutum ornamenta & aëta, ad memoriam
 in presens reducere. Cùm & hoc genus do-
 cendi in huius libri diuini translatione non
 suscepimus: nec etiam nostri ingenij tenui-
 tas, aut studium vel scribendi negotium, vo-
 bis ad hoc explicandum possint sufficere. Sed
 idcirco eius nomen in huius libri Prologo in-
 troducimus: quoniam iam ille hunc librum
 primus inuenit & edidit. Hic est namque li-
 ber diuinus, & diuinitate plenissimus. In eo
 enim duorum testamentorum (veteris scili-
 bet & noui) continetur vera & perfectà pro-
 batio. Si quis namque in hoc libro multum
 studuerit, & eum plenariè intellexerit, veri-
 tas virtusq; testamenti, nec non & virius-
 que vitæ modus, & sufficienter illum latere
 non poterunt. Hic est autem liber, qui nomi-
 natus

natus